

una vero in contrarium ... Et III puellas nudas id est culpas manifestas solet Venus seu luxuria secum habere id est avariciam qua nostra rapiat, carnalitem qua nostra alliciat ... Et iste sunt due quarum facies sunt ad nos converse. Infidelitas vero nos eiicit ...

De Junone et eius figura c. 9 fol. 8^v

Juno picta est in similitudinem aeris sec. Fulgentium. Antiqui enim ipsam et uxorem et sororem Jovis dixerunt. Uxorem, quia sub eo et ab eo calorem, quo inferiora foveat, velut semen in matrice videtur recipere. Iridem et nymphas ipsi attribuunt, quia iris gignitur et nymphe id est nubes in aere similiter generantur. Et ideo Neptunus id est deus maris dicitur nutritor Iunonis pro eo, quod fumi de mari ascendentes cum aere se immiscent ... sed dic quod antiqui dixerunt Iunonem esse deam regnorum et divitiarum, Jovis coniugem et sororem.

De Apolline et eius figura c. 4 fol. 4^v

Sol, qui et Apollo dicitur, inter planetas quartum locum tenet in celo. Iste igitur pingebatur in forma iuvenis nunc in puerili facie, nunc in senili, nunc in capite diversimode apparens ...

Iuvenis pingitur pro eo, quod diebus singulis oriatur, in diversas tamen etates se variat, pro eo quod secundum horas diei sol continuo se immutat, ut sc. in mane dicatur puer quia rubet, in me-

duas eam respicientes, tertia respiciente retrorsum, que sunt avaricia, carnalitas sive voluptas et infidelitas etc. hec omnia expertus in arte ex se ipso cognoscere potest.

Juno: hec dea picta est in similitudinem aeris et antiqui poete eam dixerunt ignis uxorem, quia sub eo et ab eo calorem, quo inferiora foveat velut semen in matrice (videtur recipere)⁶³⁾, et habere sororem Iridem quia yris in aere gignitur et nubes id est nymphe sunt⁶⁴⁾ eius sorores; Neptunus id est mare dicitur nutritor Iunonis pro eo quod fumi⁶⁵⁾ de mari ascendentes cum aere se immiscent; et antiqui dixerunt Iunonem esse deam⁶⁶⁾ regnorum et divitiarum, Iovis coniugem etc.

T. Verd(ensis)

Apollo: id est sol, quartus planetarum Iste pingebatur in forma imberbis iuvenis, nunc in puerili facie, nunc in senili, nunc in cana diversimode apparentis etc.

Iuvenis, quia diebus singulis oritur, in diversas tamen etates se variat, pro eo quod secundum horas diei sol continuo se immutat, ut mane dicatur puer quando rubet, in meridie

⁶³⁾ Hs.: videtur recipere fehlt.

⁶⁴⁾ Hs.: sint.

⁶⁵⁾ Hs.: sunt st. fumi.

⁶⁶⁾ Hs.: deum.